

AN MATRIMONIO MIXTO,

cujus ante conjugationem cautiones pollicitae sunt ecclesiasticae, parochus catholicus (salva conscientia) benedicere possit etiam tunc, quando nupturientes modo coram ministro protestantico matrimonialiter contraxerunt?

DISSERTATIO THEOLOGICO - PASTORALIS

AUCTORE

Dr. A. J. Binterim,

PAROCHO IN BILK.

Q. Siquis Clericum vocaverit, ut matrimonio conjugat, audiat autem illicitum matrimonium . . . debetne sequi Clericus et facere oblationem?

R. Uno verbo dicite, si audivcrit Clericus, illicitum matrimonium: Si ergo illicitum est matrimonium et legibus contrarium, non debet Clericus alienis peccatis communicare

Ex Responsion. canonici Timothei Alexandrini Episcopi. Tom. I. Collect. Concil. Harduini. fol. 1194. († 381.)



DUSSeldorfII

SUMPTIBUS AUCTORIS.

1846.

Exudebat Hermann Voss.

Digitized by srujanika@gmail.com

21807956 2020175072

2201

AD

CONFORMANDAM REFORMANDAMQUE

PRAXIN PAROCHIALEM

IN MATRIMONIIS MIXTIS

CONFRATIBUS SUIS VENERANDIS

DICAT ET OFFERT

AUCTOR.

DA
CONSIDERAZIONE DI MOLTI
MATERIALI DI STORIA
POLITICA - SOCIALE - ECONOMICA
ETC.

TRATTO IN TADIG

WOLFGANG



AN MATRIMONIO MIXTO,
CUJUS ANTE CONJUGATIONEM CAUTIONES POLLICITAE
SUNT ECCLESIASTICAE, PAROCHUS CATHOLICUS
(SALVA CONSCIENTIA) BENEDICERE POSSIT
ETIAM TUNC, QUANDO NUPTURIENTES MODO
CORAM MINISTRO PROTESTANTICO
MATRIMONIALITER CONTRAXERUNT?

DISSERTATIO THEOLOGICO-PASTORALIS.

§. 1.

Quousque tandem post tot Pontificum Roman. oracula et rescripta, post tot eruditorum opuscula, post certamina tanta*) agitetur quaestio de nuptiis mixtis benedictione sacerdotali sacramandis vel non sacramandis? An forsitan querentium votis non satisfecerint Pontificum rescripta, aut haec non satis sint promulgata, etiam post celeberrimam illam Archipraesulis nostri Clementis Augusti, cuius memoria in benedictione est, hac de materia contentionem reportatumque nobilem triumphum, cui cecinerunt ore unani et Episcopi Americani et omnes Europaei? An fortasse omnia nondum ab Eruditis soluta sint dubia, nondum motae omnes quaestiones, nondum finitae controversiae? Sane Clariss. Augustinus de Roscovany, Canonicus Agriensis in limine operis sui citati scribere minime dubitavit. „Quaestio de matrimonii mixtis inter Catholicos et Protestantes ab Eruditis, qui occasione recentissimorum in Borussia eventuum eandem examini subjecerunt,

*) Historiam matrimoniorum mixtorum tam universalem quam particularem, sicut et collectionem monumentorum ad historiam matrim. mixtor. spectantium, post alios multos edidit duobus Tomis Augustinus de Roskovany Canonicus Agriensis. 1842.

scriptisque operibus inclaruerunt, obtutu dogmatico et juridico ad eam perspicuitatem adducta est: ut rem vix non superfluam acturum existimem, qui memorato obtutu quidpiam adhuc addere vellet.“

Ita quidem, veruntamen „quaestionem de conjugiis obscurissimam et implicatissimam esse non nescio,“ ait S. Augustinus*), imo et ditissimam, quia ut scite Thom. Sanchez animadvertis**) omne personarum genus in nodos hujus materiae non facile solvendos frequenter incurrit; quare S. Pater Augustinus, quanquam multa de conjugio scripserat, non est tamen ausus profiteri, omnes ejus sinus ullo in opere se explicasse, aut jam posse, si urgeretur, explicare. Sed ab ea S. Augustini aetate, sive a saeculo V., fateamur oportet, plura circa hanc rem datis occasionibus sunt enucleata et explicata, plura decisa vel a generalibus conciliis vel a summis pontificibus ut quae olim dubia, nunc agnoscantur certa, quae olim vaga, nunc fixa et expedita. Quis enim nescit, quam multa decisa sint et ordinata pro foederato Belgio a Papa Benedicto XIV., pro Gallia a Papa Pio VII. et pro Germania a nostro feliciter regnante Domino Papa Gregorio XVI.?

Et tamen restat quaestio non tam ex insufficientia decisionis, quam ex superabundantia materiae et plerumque etiam ex defectu scientiae et studii. Multa enim, quae pro concordia disciplinae matrimonialis et pro recta hujus Sacramenti administratione provide sunt statuta, ignorantur aut negliguntur. Quare maxime expediens est, ut inter parochos praesertim ejusmodi excitentur quaestiones et in utramque ventilentur partem, quibus datae decisiones in memoriam revocantur, dubia, quae interea fortasse sunt exorta, expenduntur et praxis constituitur uniformis in rebus tam gravibus.

*) Libr. de conjugiis adulterin. Cap. 25. Tom. VI. oper. edit. Parisiens. pag. 403.

**) Libr. I. de Matrimon. Procem. pag. 2.

Hunc in finem duae nobis ex consensu capituli ruralis ab amplissimo Domino Decano propositae sunt quaestiones, quarum prima est:

„An matrimonio mixto, cuius ante conjugationem cautio-nes sunt pollicitae ecclesiasticae, parochus catholicus (salva conscientia) benedicere possit etiam tunc, quando nupturien-tes modo coram ministro protestantico matrimonialiter con-traxerunt.

Altera est: An mater catholica, si ejus recens nata pro-les (libero ejus assensu) baptizata est a ministro protestan-tico, adhuc canonice habilis sit ad suscipiendam benedictio-nem purificationis puerperis catholicis concessam?

Secunda haec quaestio modo ventilata est in capitulo no-stro anni 1837 et occasione ejus a me conscripta est Disser-tatio, quae ob angustiam temporis tunc typis edita est Lovaniensibus sub titulo: *De non introducenda solemni benedictione in templum puerpera catholica, cuius proles non est a catholico parocho baptizata*, cui editor Lovaniensis notulas adjecit et praevium monitum. Utrum ex asse solverim quaestionem, jndicent alii. Liceat mihi jam ab iterata ejus inquisitione abstinere, donec meis, qui acie adversa dimicare volunt, re-sponderint argumentis.

Sed et primae, ut reor, satisfeci quaestioni in operis mei archaeologici parte sextadecima (VII. Tom. Part. II. § 3.) pag. 165. „Ob bei gemischten Ehen die Katholiken sich von protestantischen Predigern können einsegnen lassen?“ ubi resolvi pro responsione negativa, quam multis probavi argu-mentis, quae et certant pro resolutione nunc propositae quaesi-tionis, nam haec praesens tam arcta conjuncta est cum supra data, ut vix separari ab invicem possint ambae. Interim quia tamen quibusdam dissentientibus nostra quaestio forsitan aliquantillum diversa videri posset ab illa in opere archaeologico tractata, praestat specialem de hac ipsa disqui-sitionem instituere, praesertim, ut inde tandem in praxi paro-chiali unitas formaretur disciplinae. Nihil enim est intolera-

bilius, nihil pastorali aestimationi exitiosius, quam si in publica et solemni Sacramentorum administratione unus sic, alter aliter agit, quo et ipsa plebs fidelis discinditur in partes et inducitur, ut dicat: *Ego sum Pauli, ego autem Cephae.*

§ 2.

Paremus viam, antequam ascendamus in penetralia eamque purgemus ab obstaculis. Audivimus a nonnemine, qui post celebratam a ministro protestantico matrimonialem copulam defendere conatur catholicam recopulationem, quod matrimoniales actus Protestantium, contractus sint pure civiles, non sacramentales: ut igitur fierent sacramentales in nuptiis mixtis cum requisitis cautionibus, necesse esset, ut in ecclesia catholica ab idoneo Sacramentorum dispensatore, sive a parocho partis catholicae consecrarentur benedictione sacerdotali, utpote hae nuptiae, teste Dr. Mack*) characterem assumunt vere catholicum. Praxi huic ex catholicae Ecclesiae disciplina nihil obstare dicitur, multum autem lucrari commodi pro parte tam catholica quam acatholica; pro hac quidem, quae capta singulari pietate et tolerantia facilius ad gremium matris Ecclesiae reduci potest, et promptiorem saltem adhibebit curam in educatione prolium in religione catholica; pro illa seu catholica parte, quae benedictione jam ditata sacerdotali gratiaque sacramentali, in novo**) conjugii statu a conscientiae stimulis libera suam securius erigere vallebit mentem ad Deum et officia expeditius implere conjugalia charitatisque exercere opera, cum e contrario negata benedictione sacerdotali in omnibus toto fortasse vitae cursu fluctuatur animus. Commendanda igitur videtur praxis reco-

*) Ueber die Einsegnung der gemischten Ehen. 1839. Theologisch. Votum. Cap. 5.

**) Confr. Vorschlag zur Verständigung in Sachen der gemischten Ehen mit besonderer Rücksicht auf Würtemberg, Stuttgart bey Metzler. 1842, cuius auctorem nonnulli dixerunt Canonic. de Ströbele.

pulationis catholicae, quae tantum abest, ut vituperetur ab Ecclesiae praesulibus*) ut tacite probetur et in responsis Ordinariorum praesertim in Borussia concedatur. Sequens enim responsum dedit Vicariatus archiepiscopalis Coloniensis die undecima Maji 1843 cuidam capituli nostri parocho: „Euer Hochhrw. erwiedern wir auf die Eingabe vom 4. d. M., dass Sie sich wollen angelegen sein lassen, in den geeigneten Fällen die Trauung der gemischten Ehepaare allein oder doch zuerst vornehmen zu können. Wenn Sie dies aber nicht erwirken können, oder die Durchführung unter Umständen für unräthlich erachten, sich deshalb nicht beunruhigen zu lassen, dass die Trauung durch den evangelischen Prediger vorgenommen worden. In nonnullis dioecesisibus praeprimis austriacis ejusmodi recopulatio lege caesarea mandatur. Adfert enim laudatus Roskovany**) resolutionem regiam circa recopulationem personarum mixtae religionis, dum in obversum legis minister evangelicus copulavit, in qua jubetur, ut .cum persona evangelica aut graeco non unito

*) Provocatur praeprimis quaedam instructio Henrici, Episcopi Augustani ad Parochos, quae habet: „Si quis ex subditis, quibus conversio per magistratum saecularem non permissa, imo expresse prohibita est, in Ecclesia catholica per sacerdotem catholicum velit copulari, id ipsis permittatur cum omnibus ceremoniis et adhibita benedictione solemni, per quam Deus O. M. fortassis gratiam concedet, ut ipsi suo tempore ad fidem nostram revertantur.“ — Haec instructio, quam frustra quaesivi inter illas Henrici Episcopi a Jos. Anton. Steiner Synod. August. Tom. II. pag. 256. collectas, particularem apertissime respicit casum, si nempe pars acatholica in gremium Ecclesiae redire quidem vult, sed per magistratum civilem prohibetur. Porro haec instructio minime concordat cum illo decreto, quod ipse Episcopus Henricus in sua Synodo ann. 1610 de matrimonii cum hereticis non contrahendis edidit Part. I. Cap. 5. pag. 553. Synod. Augstan. — Objicitur etiam exemplum Rev. Episcopi Monaster. Caspari Maximil., qui post peractam a ministro protestantico Ottonis Regis Graecorum cum Principissa Oldenburgensi copulam, catholico ritu recopulavit.

**) Tom. II. de Matrim. mixtis, N. 345. pag. 598.

ritui addicta cum persona indubie catholica matrimonium iniit copulante ministro evangelico aut Presbytero graeci ritus non uniti, recopulatio per parochum catholicum semper instituatur.

§. 3.

Haec tam plausibiliter asserta, ut affirmativae sententiae assentiamus, nobis minime persuadere possunt. Alia est conditio regni austriaci, alia borussici. In Hungaria enim nuptiae mixtae coram ministro protestantico vel graeci ritus non uniti initae, non coram parocho catholic, reputantur illegitima, cum in regno nostro agnoscantur legitimae. Sic rem hanc ipse declaravit Episcopus Neosoliensis rescripto 30. November 1838 dato districtui Libeth-Banyensi.* „Quod attinet matrimonia inter sponsos diversae religionis, haec apud nos vigore legis, articuli quippe 26. 1790 — 91 §. 15. semper coram parochis catholicis iniri debent, nec unquam legitime matrimonium hujusmodi coram ministro alterius religionis contrahi potest. Id quod in provinciis Borussicis, ad quas hic non sat reflexe provocatur, longe aliter se habet. Ibi enim etiam absque interventu parochi catholici civiliter legitimum matrimonium inter catholicam et evangelicae confessionis personam contrahitur.“ — Nec hic silendum est, quod parochi in Hungaria catholici omnino renuerint, ejusmodi nuptiis mixtis solemnem in facie ecclesiae impertiri benedictionem, uti constat ex variis repraesentationibus altefati districtus ad Episcopum Neosoliensem apud citat. Roskovany.

Nec rescriptum Vicariatus Archiepiscopalis Coloniens., si illud recte intelligo, id resolvit, quod vulgo asseritur. Optat enim primo, ut nuptiae mixtae centraherentur coram solo parocho catholic vel saltem, antequam celebrarentur in templo protestantico ab ejus confessionis ministro; secundo ait: si id perficere non possit parochus, aut sub circumstan-

* Apud Roskovany Tom. II. N. 359, pag. 695.

tiis non esset suadenda hujus executio, tunc non sinat se inquietari. Quare non sinat se inquietari? Utique quia ejusmodi matrimonium mixtum et ex lege civili et resolutione ecclesiastica legitimum omnino est et validum, et non indiget benedictione sacerdotali catholica. Si quis plus ex allatis verbis concludere velit, aut plane deducere, quod salva conscientia parochus possit, post celebratam a ministro protestantico copulationem, recopulationem in Ecclesia catholica solemni benedictione vel sub precibus consuetis peragere, multum, me judice aberraret a disciplina Ecclesiae et a sensu intento Reverendiss. Vicariatus nostri. Sane ne verbulo quidem unico hic asseritur, innuitur, multo minus commendatur recopulatio sive benedictio nuptialis posterior catholica. Frustra igitur hoc rescriptum ab adversariis nostris pro sua opinione producitur.

S. 4.

Porro matrimonia protestantium juxta eorum systema contractus esse civiles, bene novimus, sed et novimus, eos benedictione apud ipsos usitata et in nonnullis regionibus legaliter praescripta fieri actus ecclesiasticos. Audi definitiōnem, quam de Hierologia apud Protestantes dat Petrus Müller*) in Universitate Jenens. Professor: „Hierologia est actus solemnis, quo Minister Ecclesiae personas desponsatas in facie Ecclesiae copulat iisque benedit, quo de matrimonio rite et honeste constituto ac consummato eo melius constet, moribus receptus et usitatus.“ Et infra Sect. IV. quae est de forma seu ritibus benedictionis sacerdotalis scribit Thes. VI. „Copulatio sacerdotalis est ritus ecclesiasticus, quo coram facie totius Ecclesiae ab ipso Deo per os ministri novi sponsi copulantur.“ Quamvis igitur primi sic dictae reformationis auctores ideam sacramentalem in conjugio chri-

*) Diss. de Hierologia, sive benedictione sacerdotali in matrimonii negotio usitata. Jenae 1618.

stiano plane repudiarunt, tamen retinuerunt solemnem hujus celebrationem et benedictionem, non quidem tamquam ad ejus essentiam necessariam aut ex se ipsa proficuam, sed ut cit. Muller ait, humana aliqua constitutione et publicae utilitatis et honestatis intuitu introductam. Unde et ipse Lutherus“ in seinem Trawbüchlein für die einfältigen Pharherrn, qui libellus praefixus est Agendae ab Joanne Georgio Principe electore Brandenburgico anno 1572 editae, docet: So man von uns begeret für der Kirchen oder in der Kirchen, sie zu segnen, über sie zu beten, oder sie auch zu trawen, sind wir schuldig dasselbige zu thun Weil man denn bissher mit den München und Nonnen so trefflich gross geprenge getrieben hat in ihrem einsegenen . . . wie viel mehr sollen wir diesen göttlichen stande ehren, und mit viel herrlicher weise segenen, beten und zieren. Denn ob er wohl ein weltlicher standt ist, so hat er dennoch Gottes wort für sich. His principiis plerumque adhaeserunt Theologi et Canonistae protestantici tam antiqui ut Chemnitius, Gerhardi, quam recentiores ut Bochmerus, Mosheimius, Augusti et alii. Imo novissimus Canonista Dr. Ludw. Gitzler Uratslaviensis in seinem Handbuch des gemeinen und preussischen Kirchen- und Eherechts. 1841. sribit Part. II. pag. 9. „Die evangelische Kirche vindicirt nämlich ihrer Copulation eine für die Knüpfung des Ehebandes wesentlichere Bedeutung, eine in Beziehung auf die Herstellung des ehelichen Verhältnisses intensivere Wirksamkeit, als die katholische Kirche ihrer Benediction, und macht sie zu einem Sacramente, ohne sie dafür zu erklären. Daraus folgt auch, dass die Ehen in der evangelischen Kirche ohne priesterliche Einsegnung niemals als Ehen, sondern nur als Concubinat, als ein strafbares Verhältniss betrachtet wurden, und so geschieht es auch nach dem allg. Landrecht.“

Transeat, quae hic Dr. Gitzler de majori apud Evangelicos matrimonii efficacia, deque matrimonii sacramento disserit, nobis hic sufficit, quod benedictio matrimonialis etiam

apud Protestantes verus habeatur actus ecclesiasticus, sicut et ipsae Agendae protestanticae formularia habent pro hujusmodi benedictione. Formulare, quod post Lutheri conjugii libellum in Agenda Brandenburgica sequitur, sic habet. *)

Für der Kirchen trawen mit solchen Worten.

Hans wiltu Greten zum ehelichen Gemahl haben? — Dicat. Ja.

Greta wiltu Hansen zum ehelichen Gemahl haben? —

Dicat. Ja.

Hie lasse sie die Trawringe einander geben, und füge ihre beyde rechte Hand zusammen und spreche:

Was Gott zusammen füget, sol kein Mensch scheiden.

Darnach spreche er für allen ingemein.

Weil denn Hans N. und Greta N. einander zu der Ehe begeren, und solches hier öffentlich für Gott und der Welt bekennen, darauf sie die hende und Trawringe einander gegeben haben, so sprehe ich sie Ehelich zu sammen, im namen des Vaters, und des Sohnes und des heiligen Geistes. Amen.

Für dem Altar, über dem Breutigam und Braut lese er Gottes Wort. Genes. am 2. Cap. *Und Gott der Herr sprach: Es ist nicht gut etc.* Darnach wende er sich zu ihnen beyden und rede sie an, also:

Weil ihr beyde euch in den Ehestand begeben habt, in Gottes namen, so höret auffs erste das Gebot Gottes über diesen standt.

So spricht S. Paulus.

Ihr Männer liebet eure Weiber, gleich Christus etc.

Zum Anderen.

Höret auch das Creutze, so Gott auff diesen Stand gelegt hat.

*) In ordinibus ecclesiasticis Reformatorum Clivensium, Marckanor. etc. praecipitur §. 151. Die Eheeinsegnung soll nach dem Formulare des Heidelbergischen Catechismi in der Gemeinde öffentlich geschehen.

So sprach Gott zum Weibe: Ich will dir viel Schmerz schaffen, wenn du schwanger wirst. Du solt etc. Und zu dem Manne sprach Gott: Dieweil du hast gehorchet der Stimme deines Weibes etc.

Zum Dritten.

So ist das ewer trost, das ihr wisset, und gleubet, wie ewer Standt für Gott angeneme und gesegnet ist, Denn also stehet geschrieben: Gott schuff den menschen etc.

Hie recke die Hende über sie und bete also:

Herr Gott, der du Mann und Weib geschaffen und zum Ehestandt verordnet hast, dazu mit früchten des Leibs gesegnet. Und das Sacrament deines lieben Sohns Jesu Christi, und den Kirchen, seiner Braut darinn bezeichnet, wir bitten deine grundlose gütte, du wollest solch dein geschöpf ordnung und segen nicht lassen verrücken und verderben, sondern gnediglich in uns bewahren durch Jcsum Christum unsern Herrn. Amen.

Solemnior et longior est ordo copulationis, quem prae-scribit Agenda Wolfgangi Wilhelmi pro DucatuJuliae et Montium, edita 1570 ubi inter alia Parochus ita ad Spon-sos loquitur.)*

Es sint newe Eheleut herein kommen, mit namen N. und N. vnd wöllen im Gottes namen ir Eheliche pflicht vor den christlichen Kirchen bestettigen lassen und den segen göttliches worts empfahen. Hierauff das sie den heiligen Stand nicht mit unverstand göttliches Worts, wie die unglaubigen anfahen. So sollen sie zum ersten auss der heiligen schrifft vernehmen, wie der ehelich stand von Gott ist eingesetzt worden.

Sequuntur nunc sex lectiones ex sacra scriptura.

*^o) Paulo aliud Wolfgangi formulare exhibet Dr. Kunstrmann in opusculo: Die gemischten Ehen. Regensburg 1839. p. 28. Formulare Würtembergicum Ducis Ulrici, in quo etiam benedictio prae-scribitur, vide apud Dr. Mack in Voto, sive in Memorando etc. pag. 83.

Nach diesem verlesen spricht der Pfarrherr also :

Ihr newen Eleleut, wöllet ihr auff solche furgelesene stück ewer ehelich pflicht bestettigen lassen.

Und erstlich sprech er zu dem Mann.

N. wilt du N. hie zu entgegen zu deinem ehelichen Gemahl haben, nach göttlicher ordnung des Ehestands?

Darnach zum Weibe.

N. wilt du etc.

Und als sie beide solches bejehen, neme der Pfarrherr ire beide hende, füge sie zusammen und spreche :

Ewer beyde eheliche pflicht, so ir hie vor Gott und der heiligen christlichen Kirchen thut, bestettige ich euch, und sprich euch Ehelich, in dem namen des Vatters, und des Sons und des heiligen Geistes. Was Gott zusammen gefüget hat, das soll der Mensch nicht scheiden.

haben sie denn Ring, mögen sie dieselbigen einander geben.

Darauff heisse sie der Pfarrherr nider Knien und sprech also.

Last vns beten.

Allmechtiger, ewiger Gott etc., wie in der Brandenburger Agende. Zum Schluss folgt der Segen Numeri am 6. Der Herr segne dich etc.

In nova Agenda Borussica duplex habetur formulare copulationis, unum breve pag. 12. et aliud longius pag. 64. In utroque agit celebrans *ut ordinatus minister Ecclesiae*. Sic enim sonat formula copulationis :

Da nun NN. und NN. einander zu ehelichen entschlossen sind und solches hier öffentlich vor Gott und der Welt bekennen und sich darauf die Hände gegeben, so spreche ich als ein *verordneter Diener der Kirche*, sie hiemit ehelich zusammen im Namen des Vaters etc. Amen.

Cum igitur actus nuptialis apud Protestantes in templo coram Altari, in facie Ecclesiae, a ministro vestibus confessionalibus induto tanquam ordinato ministro Ecclesiae solenniter peragitur, non est dubium, quin hic actus inter eccl-

siasticos et religiosos protestanticae confessionis actus reputari debeat, praesertim cum constat, in nostra regione civilem matrimonii actum coram civili magistratu secundum codicem Napoleoneum perfici.

§. 5.

A quonam autem in mixtis nuptiis benedictio haec peragenda, an a parocho catholico, an a ministro protestantico? A tempore pacis westphalicae in nonnullis Germaniae partibus, in quibus juxta annum normalem (1624) et Catholicis et Lutheranis liberum religionis exercitium lege concessum erat, plerumque a parocho sponsi ecclesiastica copulatio peragebatur, licet in aliis pure protestanticis territoriis hic actus soli ministro protestantico vindicaretur,*) quare hoc in casu parti catholicae minime liberum erat, a suo proprio parocho suscipere benedictionem nuptialem. Juxta transactionem religiosam de 26. April 1672. Friedericum Wilhelmum Brandenburgicum Marchionem inter et Ducem Bipontinum Philippum Wilhelmum pro Ducatibus Juliae, Cliviae et Montium initam — quam Philippus Hedderich in Universitate Bonensi quondam Juris canonici Professor inter subsidia miscellanea historiam ecclesiasticam Coloniensem illustratingia assumpsit — cautum erat art. 5. „Wann von unterschiedlichen Religionsgenossen Heirathen geschehen... sollen die neuen Eheleute sich bey ihren Religions Predigern und Pastoren unbehinderlich copuliren lassen, dieser Gestalt jedoch dass wenn si differenter Religion sind, die Braut dem Bräutigam in puncto der copulation folgen soll.“ Haec transactio, uti relatio refert Coloniensis**) licet prodierit ab incompetenti auctoritate, nihilominus in

*) Vide Kunstm̄ann pag. 74 et 93. Roskovany Tom I. pag. 36 etc.

**) Habetur inter Acta in sacra Congregat. Eminent. Cardinalium anno 1741 exhibita, quae cum declaratione Benedicti XIV. super matrimonio Hollandiae et foederati Belgii, juxta exemplar romanum edita sunt Lovanii 1742 pag. 118.

praxi recepta est, ita ut mala, infortunia, persecutiones Catholicorum et alia hujus generis imminere probabilissime credenda sint, si ad aures Princepum acatholicorum deveniat, pro nullis haberi matrimonia contracta coram ministro haeretico a faemina catholica cum viro haeretico. Ante hanc enim transactionem Marchio Brandenburgicus sibi non solum omnem et unieam jurisdictionem in causis matrimonialibus arrogavit sed et parochos catholicos sub poenis gravissimis coegit, matrimonii in gradibus de jure canonico prohibitis solemniter benedicere;*) quandoque in uno eodemque loco duo existebant parochi, intrusus unus Lutheranus et alter legitimus catholiceus, et parochiani cogeabantur, ab intruso non catholico suspicere Sacra menta et matrimonium coram eo contrahere.*
Et post hanc ipsam transactionem in aliis sui territorii Locis ipse Marchio Brandenburgicus catholicos coegit, coram ministro protestantico nuptias celebrare, uti refert resolutio de 4. Martii 1711. Wenn unter den Eheleuten keine Verträge diessfalls vorhanden, welchen sonst nachzukommen wäre, das Haupt der Familie dergestalt angesehen werden soll, dass wenn der Mann französisch-reformirt, er auch bei solcher Kirche das Kirchenrecht suchen, die Deutsch-Reformirten aber bei der Deutsch-reformirten Gemeinde das ihrige nehmen, und da das Haupt der Familie lutherischer Religion, auch bey der lutherischen Kirche die kirchlichen Akte gesucht und begangen werden sollen. Was aber der päpstlichen Religion zugethanenen betrifft, welche entweder dermalen schon in Christian Erlangen wohnen, oder künftig an eine der evangelisch-lutherischen oder reformir-

*) Conf. kurzer und warhaftter Bericht der Differentien, welche sich zwischen den Herrn Churfürsten zu Brandenburg und den Herrn Pfalzgraffen zu Newburg und über das Religionswesen in den Gülich-Clev-Bergisch und gehörigen Landen enthalten. Gedruckt im Jahre 1663. N. XC VIII. Seite 30.

**) Conf. Gründlicher Bericht über das Kirchen- und Religionswesen in den Fürstenthumben Gülich etc. Sine loco et anno pag. 7.

ten Religion anhängige Manns- oder Weibsperson sich dahin verheirathen, und sofort sich allda festsetzen werden, die sollen zwar für sich bey ihrer Religion und Gewissensfreiheit verbleiben und ihren Gottesdienst ausserhalb der Stadt in katholischen Kirchen ungehindert besuchen, dabei aber schuldig und gehalten sein, nicht allein alle Actus, als Taufen, Copuliren und Begräbniss bei der evangelisch lutherischen Kirche und Gemeinde verrichten, sondern auch ihre Kinder beiderlei Geschlecht allstets bei der evangelischen Religion allda erziehen und unterrichten zu lassen.*)

Qui contra altefatae transactionis articulum quintum matrimonium inierunt coram alio quam in Art. ipso assignato parocho vel sine literis ejus dimissorialibus, eorum matrimonium nullum habebatur, quo ad effectus utique civiles.

Sic stetit praxis nostra in regione usque ad annum 1803 ubi Eleitor Palatinus, duxJuliae, Cliviae et Montium Maximilanus Josephus, nulla habita transactionis ratione, nova constitutione in matrimoniis mixtis liberam nupturientibus dedit facultatem cligendi sibi ex duobus parochis unum, qui matrimonio assistit, quam tolerantem Electoris mentem secuti sunt plurimi alii Status germani, ita ut parti catholice nunc omnino sit liberum sive sit Sponsus vel Sponsa, suum proprium catholicum eligere parochum matrimonii dispensatorem, salva ministri protestantici aestimatione.**))

§. 6.

Consequens excitabatur quaestio, an in supraposito casu quis vel quae salva conscientia a parocho alterius confessionis nuptialem in Ecclesia benedictionem suscipere posset?

*) Apud Roskovany Tom. II. N. 34. pag. 25.

**) Hanc disciplinum assumpsit etiam jūs borussicum. Verlangen die Contrahenden die Trauung in einer andern Parochie, so darf der eigene Pfarrer dieses nicht verweigern, wenn er die Gebühren für Aufgebot und Trauung erhalten hat. A. L. C. §. 8. 427—429 mit §. 422. Gitzler II. Handbuch 123.

Cum cuique liberum sit, Sponsum vel sponsam suae confessionis eligere, lex supradicta coactiva nullum excusare potest, si alienae confessionis alumnum preeferat. Excitabatur haec quaestio a theologis non tantum catholicis sed etiam protestantibus. Celeberr. J. H. Böhmer quaerit: *) „Qua conscientia interesse poterit august, Confess. addictus hierologiae pontificiae? Varias, qui casus conscientiae conglomerant, hic supponunt circumstantias, sub quibus demum illam admittunt, de quibus vid. *Mäller de Hierolog.* Cap. 2. §. 1. quae tamen tales esse videntur, ut vix in praxin deduei possint, veluti *ut omnes caeremoniae pontificiorum omittantur.***) Id enim difficilis impetrabis. Ego et absque hac conditione puto hierologiam talem esse permissam, tum quia sponsus *necessario*†) interest huic actui, adeoque tacitam approbationem non continet, si quid superstitioni occurat: tum etiam quia hierologia potest ††) varie fieri, et nullam certam formam a jure divino praescriptam habet. Denique cur, quaeso, admittimus, A. C. addictum posse, salva conscientia interesse pontificiis sacris, quod *Mullerus l. c.* concedere videtur, et tamen tot difficultates circa hanc quaestionem congerimus? Hoc facilius concedo, nihil intentatum relinquendum, ut adhibeatur parochus, nostrae religioni addictus, quia certe melius tutiusque est, benedictionem impetrare a parocho tali. Sed tamen absolute necessarium esse non puto.“

Nostrum non est, hic ostendere, in quam plurimis claudicet haec Böhmeri argumentatio. Quidquam utique haberet ponderis, si quaestio esset de ejusmodi conjugii valore, sed agitur de liceitate quoad conscientiam. Citatus Müllerus non tam suam l. cit. profert sententiam, quam consistorii stud-

*) Jur, parochial. Sect. IV. Cap. 3. §. 13.

**) Imo faciliter id impetratur, si sub assistentia tantum passiva mixta conjugia, ut romana sedes praescribit, iniuntur.

†) Electione tamen antecedente libera.

††) Non hic quaeritur, quomodo fieri posset, sed quomodo fiat Hierologia.

gardensis hoc de casu judicium. Cauter tamen ante discernit inter *liberum* Sponsorum statum et *pressum*. „*Liberum* vocant eum, scribit, quando nostrae religionis homines habent libere utendi opera ministri Lutherani, cujuscunque, sive in loco, quem incolent, praesentis, sive aliunde accersendi, sive in vicinia inveniendi et impetrandi; hi ministros, a sua religione alienos, nequaquam adhibento; *Pressum* autem Ecclesiae statum eum nominant, quando in loco neque publicum orthodoxias viget ministerium, arcersendi vel alio ad ipsum se conferendi permittitur.“ Mira et plane singularis merito videri debet postulatio, ut in ejusmodi nuptiarum celebratione *ceremoniae pontificiae* omitterentur, cum totus quantus noster aetus nuptialis, si extra Missam peragitur, constat similibus fere precibus, quas etiam habet supra allatum Formulare protestanticum.*) Interim parum refert, quomodo pro sua confessionis alumnis theologi resolvant protestantici, cum judice ipso cit. Böhmero**), „catholicae religioni addicti sunt adstrictiores ad Hierologiam, quam Protestantes, quum nec Reges supplere illa possunt, quae pertinent ad Sacra.“ Imo et propensiores ad eam maioresque ejusdem aestimatores ex sensu dogmatis catholici, quod docet sacerdotem habere ministrum Christi et dispensatorem mysteriorum Dei, cuius est munus et potestas in sacra ordinatione largita, benedicere et sanctificare, quam potestatem catholici in protestanticis ministris ob defectum ordinationis sacramentalis minime agnoscere possunt. Agnosceret autem Catholicus, si cum sponsa sua acatholica in templo protestantico tanquam ordinato Ecclesiae ministro peteret susciperetque benedictionem nuptialem. Sane ab antiquis Ecclesiae patribus statutum est canone, ne communicemus cum haereticis in Sacris, de quo integrum librum dedit Sanctus

*) Fatetur Dr. Augusti, Libellum nuptiale Lutheri esse excerptum ex catholicis Agendis, omniaque formularia Lutherana pro benedictione nuptiali composita esse secundum ritum catholicum Denckwürdigkeit IX. Band. Seite 300.

**) Jur. Paroch. Sect. IV. Cap. 3. §. 13.

Lucifer calaritanus: „De non conveniendo cum Haereticis,” ubi inter alia plura ait: „Si cibum vobiscum (haereticis) jubemur non sumere, credideras potuisse Catholicos convenire cum haereticis ad Solemnia cuncta celebranda?“*) Sanctus Theodorus studita interrogatus ab amico, an liceat ab haeretico precationem poscere? respondit: „Quando quidem tempus est haeresis, ante examen non oportet, neque *benedicite Sancti*, dicere, nec precationem ab eo poscere.“**) Scripsit et particularem Petro Nicaeae Episcopo epistolam, „de haereticorum vitanda communione, quae est libri II. vigesima quinta. Verum ante hos Laodicena Synodus sancivit can 31. 32 et 33. „Quod non oportet cum omni haeretico matrimonium contrahere, vel dare filios et filias, sed magis accipere, si se Christianos futuros profiteantur. Quod non oportet haereticorum benedictiones accipere, quae sunt potius maledictiones quam benedictiones. Quod non oportet una cum haeretico vel schismatico orare.“†) Quem canonem commentans Vanespen ait: „Ideo dicit praesens Canon, benedictiones Haereticorum potius esse maledictiones, eo quod maledictio sit haereticis communicare; sive in religione cum ipsis communionem fovere, quod indicat, benedictionum seu Eulogiarum ab iis missarum susceptio.“††)

Sed quid diu vagemur, cum proxima nobis est casus nostri resolutio. Audiamus Benedictum XIV. qui libr. VI. de Synodo diocesano Cap. 7. eumdem proponit et resolvit. N. II. scribit: „Lessius in Auctar. Casus 24 in verbo. Haereticorum conversatio, id salva conscientia neque fieri, neque tolerari posse contendit: ejusque opinio verissima esset si haereticus ministellus adhiberetur tanquam persona sacra, quae sacram caeremoniam intenderet exercere, ac per eam, sanctitatem tribuere contractui matrimoniali; tunc siquidem

*) Pag. 21. edit. Fratrum Coleti Venet. 1778.

**) Interrog. et responsis XII. pag. 594. edit. Sirmondi.

†) Tom. I. Collect. Concil. Harduini. pag. 787.

††) Scholia in Canon. Tom. III. oper. edit. Colon. 1777. pag. 181.

viderentur Catholici agnoscere eum tanquam legitimum Christi, ministrum ritumque haereticum approbare et profiteri.“ Adfert ibidem doctissimus Pontifex ejusdem casus resolutionem datam 29. Novembr. 1672. a Congregatione S-ti Officii, quae sic habet: „Catholici, qui matrimonio juncti sunt coram Parrocho et testibus catholicis, in pluribus locis (ita invalidit consuetudo) solent coram ministro haeretico seu protestante, rursus conjungi, ad evitanda gravia damna: neque potest consuetudo haec a Clero corrigi. Peccantne? Et quid peccato Catholici sic denuo conjuncti coram ministro haeretico? quomodo se gerere debeat erga illos Ordinarius loci? Sacra Congregatio respondit: Quatenus minister assistat matrimoniiis Catholicorum, uti minister politicus, non peccare contrahentes: si vero assistat ut minister addictus sacris, non licere, et tunc contrahentes peccare mortaliter et esse monendos.“ Applicemus hanc resolutionem ad nostrum de mixto matrimonio casum, recolligendo simul supra notatas circumstantias. Imo Catholicus in nostro casu nulla lege politica, nulla consuetudine compulsus, sed omnino liber vel ex sola complacentia erga sponsam acatholicam vel alia ex ratione matrimonium contrahit coram ministro protestantico; 2. Civilem actum peragit coram officiali civili, alium vero eumque sacrum et ecclesiasticum in templo protestantico, coram altari, coram ministro protestantico, non tanquam persona politica sed tanquam ordinato ministro Ecclesiae, ergo tanquam persona sacra, ab eoque poscit et suscipit precationem et benedictionem. Quis ergo hunc a mortali peccato immunem dicere et defendere potest?

§. 7.

Solutus a Ss. Cogregatione hic casus in eo differre a nostro cognoscitur, quod cogente lege civili Sponsi *peracto jam iuxta catholicum ritum matrimonio* sese sicerent ministro alterius Confessionis, in nostro autem casu pars catholica nulla lege cogente prius, antequam ritum catholi-

cum peragat, coram ministro protestantico tanquam persona sacra contrahat matrimonium, et sic non sine mortali peccato celebrato ritu illud recontrahere velit coram parocho catholico. Qua de causa? Vel ut sic particeps fiat gratiae sacramentalis et conscientiae suae satisfaciat, vel ut solemnem eomodo sui matrimonii approbationem ab Ecclesia catholica adipiscatur. In ueroque error. Nunquam enim, ut infra patebit, Ecclesia catholica ejusmodi matrimonia approbare potest. Sed et gratiae sacramentalis particeps fieri non potest. Intactam hic relinquimus controversiam de ministro Sacramenti matrimonii, utpote ad nostram solutionem omnino differentem, licet ea sententia, quae Sacerdotem ministrum habet,* in praxi parochiali sit tutior et in opinione fidelium communior**). Vix enim, ut ego arbitror, catholicus sponsus vel sponsa catholica adiret suum parochum, postulaturus vel postulatura benedictionem nuptialem, si in ea esset opinione, quod ipse sibi ministraret sacramentum et conciliaret gratiam sacramentalem. Probe hic observandum venit, quod ad essentiam Sacramenti matrimonii requiratur contractus de praesenti, sive actualiter praesens consensus utriusque conjugis, et sicut non sufficiens est contractus de futuro, sic et non de praeterito. Catholicus autem Sponsus contractum matrimoniale suum clausit coram ministro protestantico, quando a catholicam accepit in suam conjugem, et hic contractus cog-

* Eam dedimus in nostris monumentis Archaeologicis, et ut ab ea recedamus, minime nos movit Diss. Th. Maurit. Filsen, Doctor. Theolog. Ueber den Ausspender des Ehesacraments. Editio II. quam refutare aggressus est amicus noster Dr. Alex. de Sieger, parochus Mülheimii ad Ruram, dissertatione proxime edenda.

**) Haec tam alte radicata erat in pluribus dioecesisibus saeculo XVI. ut uno conjugum ante nuptialem benedictionem mortuo alter superstes cum mortuo juxta feretrum, in quo est positus, per nonnullos sacerdotes, ac si ambo viverent, inthonisaretur. Quem abusum et detestandam consuetudinem prohibuit Synodus Heribolensis de anno 1329. Vide Tom. VI. Historiae nostrae Concilior. Germanic. pag. 317.

noscitur ab utraque auctoritate, politica nempe et ecclesiastica legitimus et validus. Initio ergo hoc contractu liberum minime est vel sponsae, resilire. Deficit ergo omnino materia Sacramenti matrimonii in attentata ex parte parochi catholici recopulatione, ideoque nec gratiae sacramentalis particeps fieri potest sponsus catholicus. Hanc nostram non nullis forsitan paradoxam sententiam confirmare volumus auctoritate Theologorum non infimae classis, Basili Pontii, Gabrielis Vasquez et Antonii Diana, qui ultimus scribit.*): Ratio Sacramenti annexa est ipsi contractui, non vinculo remanenti post contractum. Consistit enim hoc Sacramentum in actione, sicut et omnia alia, excepta Eucharistia et in eo fieri contractus datur gratia, non postea, ut certa Doctorum sententia est: post autem semel contractum valide matrimonium non potest denuo fieri contractus; vinculum enim matrimonii relictum, in nullo penitus dependet jam a consensu eorum, qui contraxerunt. Quare, cum, etiamsi renovaretur consensus, nihil efficiatur circa contractum ante validum, nec adhibetur materia et forma, cum solum verbotenus renovatur consensus: et sacramentum Matrimonii tantum consistat in fieri, nec possit, nisi reipsa fiat contractus, quod jam factum est. Ergo uon potest jam amplius fieri Sacramentum.“ Hinc etiam est, quod Ecclesia catholica semper optavit et admonuit, ut cum initione contractus matrimonialis conjungeretur *Actio nuptialis*, id est, solemnis benedictio sive in Missa sive extra Missam, sicut Tertullianus ca praelare conjungit, scribens: „Unde sufficiam ad enarrandam felicitatem ejus matrimonii, quod Ecclesia conciliat, et confirmat oblatio, obsignat benedictio, angeli renunciant, pater rato habet?“**) Altera restat difficultas, an matrimonia mixta vero sensu catholico sint et esse possint Sacraenta, et si non, an so-

*) Resolution. moral. part. III. Tractat. IV. resolut. 255. Conf. quoque Hugon. a. S. Victore Libr. II. Part. XI. de Sacrament. Cap. 5. pag. 470.

**) Libr. II. ad uxor. Cap. 9.

lus E. G. sponsus catholicus vel conferendo vel suscipiendo Sacramentum particeps fieri possit gratiae Sacramentalis? — Si supra §. 4. citatus Dr. Gitzler asserit, Protestantes facere matrimonium et sacramentum, quin illud declarent, libenter fateri volumus, hoc quo modo fiat, nos non posse capere, nec conciliare cum confessionis Augustanae doctrina nec cum sententiis aliorum ejusdem confessionis Doctorum. Omniō aliam explicat sententiam Dr. Augusti in suo opere archaeologico *), aliam quoque Catechismi protestantici tenent librique symbolici **) in quibus matrimonium inter sacramenta novae legis non recensetur. Quod ergo, et in quod quis non credit, an illud conferre aut suscipere valebit? Ad rite conferendum Sacramentum requiritur intentio faciendi, quod facit Ecclesia et ad fructuose id suscipiendum cognitio et voluntas suscipiendi. Utrumque quis in matrimonii Candidato protestantico expectabit? „Cum aliquis, ait S. Thomas †) non intendit Sacramentum, talis perversam facit veritatem Sacramenti!

Sed et nec solus catholicus potest conferre aut suscipere matrimonii Sacramentum. Christus enim, novae Legis auctor *contractum* ipsum matrimoniale, qui constat duobus, sunt enim duo in carne una, elevavit ad dignitatem Sacramenti eique adjunxit gratiam Sacramentalem; quod ergo deus coniunxit, homo non separat, separaret autem si parti tribueret, quod toti largitum est. Sicut enim matrimonium ut *contractus* non consistere potest in uno, et non in alio, sed necessario in duobus, ita et matrimonium ut Sacramentum, cum retinet naturam contractus. Unde quamvis duo contrahentes intendant conferre sacramentum, si unus intendat non recipere, necc alter recipit, non obstante intentione recipiendi; quia non est subjectum capax. Non enim sunt plura Sacra-

*) Denkwürdigkeiten IX. Band. Seite 226.

**) Conf. Buchmann Populärsymbolik II. 402. edit. II.

†) Part III. quaest. 64. artir. 10.

menta quorum unum sit in uno contrahente, et aliud in alio, sed est unum in duobus partialibus subjectis se habentibus per modum unius. Ita Clariss. Billuart*) qui addit. " Si dicas, quod unus possit recipere gratiam, et non alter defectu dispositionis, ita est, sed in hoc casu uterque recipit Sacramentum, cuius effectui unus ponit obicem, non alter."

Resumamus claritatis gratia nunc argumenta. 1) Catholicus non potest sine gravi sua conscientiae vulnere sive sine peccato mortali, nulla ad id cogente necessitate coram ministro acatholico matrimonii actum inire ecclesiasticum; 2) Matrimonium mixtum sic initum aut etiam coram parecho catholico non est Sacramentum; 3) Nec catholicus pro sua parte sacramentum idem eo in casu recipere potest.

§. 8.

Absoluta sic via ad nobis signatam tandem pervenimus stationem, sive ad propositam qnaestionem: An matrimonio mixto, cuius ante conjugationem cautions pollicitae sunt ecclesiasticae, parochus catholicus (salva conscientia) benedicere possit etiam tunc quando nupturientes modo coram ministro protestantico matrimonialiter contraxerunt?**) Resp. Quod non. Cum enim pars catholica propter communicacionem cum haereticis in sacris graviter peccavit publice, indisposita cognoscitur ad suscipiendam, si aliunde etiam esset

*) Curs. theolog. Tom. III. de matrimon. diss. 1. art. 5. pag. 677. edit. fol.

**) De legibus civilibus quorundam Statuum in Germania hic non potest esse quaestio; iteratam enim benedictionem permittunt. Edictum Religionis Wurttembergie de 15. Octobr. 1806 ita habet n. 7. „Die zur Gültigkeit jeder Ehe erforderlichen Einsegnung geschieht bei Ehen verschiedener Confessionsverwandten von dem Pfarrer des Bräutigams. Wünscht der andere Ehetheil zu seiner Gewissensberuhigung auch noch von dem Geistlichen seiner Confession eingesegnet zu werden, so hat dies keinen Anstand.“ Alia quismodi edicta vide apud Dr. Mack: *Votum theologie.* — Roskovany Tom II.

licita, benedictionem nuptialem in Ecclesia catholica. Sic modo resolvit saeculo IV. exeunte Timotheus Patriarcha Alexandrinus in epist. cit. canonic. „Si audierit Clericus, illicitum matrimonium et legibus contrarium, non debet alienis peccatis communicare.“ Quem canonem sic explicat Balsamon graecus Jurisperitus et Antiochenus Patriarcha: „Oportet clericos, qui ad matrimonii mysterium celebrandum vocantur, ut orent et sponsos conjungant, si audierint esse illicitum matrimonium, nec orare, nec offerre, et sic alienis poenis communicare.“ Adposite etiam S. Joannes Chrysost. explicans illud Domini: *Ne mittatis margaritas vestras ante porcos etc.* „Tantum malum est absque delectu cuivis et promiscue divina mysteria detegere. Audiant, qui sine discrimine simpliciter cum omnibus colloquuntur. Neque enim ibi Christus de sensibili porco praecipit, sed homines porcini moribus subindicat, qui sicut bruta illa in peccati luto involvuntur: docens nos, ut personarum diversitatem dignoscamus, et vitae rationes inquiramus, quando aliquid divinorum eloquiorum exponere opus fuerit, ne et illos et nosmetipsos laedamus. Nam qui tales sunt, non solum nihil lucri ex dictis capiunt, sed et eos, qui bonas illas margaritas absque disquisitione illis proposuerunt, secum in perditionis profundum saepe pertraxerunt.“*) Haec doctrina Patrum, haec disciplina Ecclesiae, a qua pro libitu recedere ad placendum hominibus minime licet. Bene etiam advertendum est, quod talis catholicus in instanti peccet, et statim post patratum publice peccatum benedictionem catholicam petat, quin mali sui facti ullum dederit poenitentiae suae signum, quin imo hac iterata benedictione priorem illam in protestantico templo acceptam quasi justificare et communicationem cum haereticis ab Ecclesia catholica prohibitam vilipendere velit.

Et ad quid haec iterata benedictio, haec recopulatio, cum matrimonii legitimationi, valori et indissolubilitati nihil

*) In Cap. III. Genes. Homil. 16. Tom. IV. pag. 125. edit Montfauc.

obstet, nihil firmioris momenti addi possit? Forsitan sponsus catholicus sic suam acatholicam sponsam benedictionis catholicae vult facere participem, sicut ipse per eam factus est particeps benedictionis protestantiae? Ut sibi in uno conjugio quasi obviarent et sancta mater Ecclesia catholica et haeresis lutherana. Quis inde non videt clanculo intrantis indifferentismi spiritum? „Quomodo vobis (haereticis) et nobis catholicis esset unius loci conventiculum, scribebat S. Lucifer Galarit. Ariano Caesari*), eum audias David dicere in Psalmo sexto: Discedite a me, qui operamini iniquitatem!“ Quomodo duplicitis et heterogeneae actionis commixtio? Quis eam catholicae mentis probare potest? — Multum tamen confert, *ait alter*, ad tranquillandum animum catholicum altera haec benedictio catholica. Imo ad obdurandum in peccato et ad opprimendum ascendentis conscientiae morsus. — Ostendit tamen catholicus sponsus, *sic pergitur*, se multum aestimare benedictionem ex parte suae Ecclesiae catholicae siue conjugii sanctionem. Multum utique eam estimat, cum prius eam sine necessitate suscepit ab alieno ministro et nunc *indispositus* eam postulet a genuino proprioque parrocho, utique ad adipiscendam hac pia fraude Sanctionem sui conjugii ex parte ecclesiae catholicae, quae illud mixtum nunquam probavit nec probare potest conjugium. Quis hic non videt astutiam amasii? Quis Sacerdotum adlectationibus ejusmodi palliatis se sinat adlicere ad dicendam benedictionem nuptialem et sanctificationis votivam collationem?*) — Tandem concluditur, Benedictionem esse concedendam, ut eo securius pro religione catholica lucrarentur proles futurae. Quid ergo? An hanc cautionem dedit sponsus catholicus ea sub conditione, ut et ejus mixta conjunctio benedice-

*) De non conveniendo cum haereticis. pag. 10.

**) Legendus est doctiss. Dr. Mack Cap. III. Voti, ubi explicat, qua via abusus sit in Germania pedetentim introductus, mixta matrimonia indisseriminatim benedictione sanctificandi.

retur ritu catholico? Conditio sane malignantis naturae, quae multum dubium parere debet de sana ejus religione, de recta agnitione unius sanctae Ecclesiae, extra quam nemo salvus fieri potest. Multum quidem parata est nostra Ecclesia offerre ad lucrandas proles, sed suam ipsam Sanctitatem offerre non potest. Optime hic quadrat, quod scripsit S. Augustinus alio in casu.* „Quid si dicat ille tentator, committe hoc peccatum, ut adquiras animam Christo in morte infidelitatis positae faeminae, quae parata est, si tibi nupserit, fieri Christiana: quid aliud Christianus respondere ad ista debet et dicere, nisi se non posse, si hoc fecerit, evadere judicium, quod memoravit apostolus ubi ait: *Et sicut dicunt quidam nos dicere, Faciamus mala, ut veniant bona, quorum judicium justum est?*“

§. 9.

Sed quid disputamus, an dicto in casu, nempe post celebratum coram ministro protestantico actum nuptialem licita sit benedictio catholica? Dicant nobis, an generaliter licita sit ex sensu Ecclesiae catholicae benedictio matrimonii mixti? An eam unquam approbaverint Romani Pontifices aut Germaniae Concilia? — „Ignotum vobis non est, scribit in notissimo Brevi de anno 1830. Ss. Pontifex Pius VIII., Ecclesiam ipsam a connubiis hujusmodi, quae non parum deformitatis et spiritualis periculi prae se ferunt, abhorrente, atque idcirco Apostolicam Sedem summo semper constantique studio curasse, ut canonicae leges matrimonia eadem prohibentes religiose custodirentur.“ Si ergo Ecclesia ipsa semper ab ejusmodi connubiis abhorruit et abhorret: quomodo Parochus, qui in sacris functionibus Ecclesiae personam sustinet, id sua actione approbare et benedictione sacerdotali sanctificare praesumet, quod ipsa Ecclesia reprobatur et prohibetur? Quomodo ipse tanquam minister Ecclesiae leges canonicas ejusmodi matri-

*) Libr. I. de adulterin. Conjug. Cap. 23. Tom VI. pag. 401.

monia prohibentes custodit, dum in templo, coram Altari, in populi frequentia, ut scite animadvertisit Serarius *), contraria actione illas leges temerarie transgreditur? Et id, an fieri potest sine gravi conscientiae vulnere, sine peccato mortali? Si igitur ejusmodi matrimonia generatim illicita sint, si nunquam liceat, iisdem catholico ritu benedicere; multo minus id licet, post celebratum coram protestantico ministro nuptialem actum. Illud illicitum esse et sacrilegum, nemo dubitat, ait Benedictus XIV. de Synod. dioeces. Libr. VI. Cap. 5. N. 3.

Veruntamen haec mixta matrimonia quandoque posse fieri licita; expletis nempe ab Ecclesia requisitis cautionibus aut facta dispensatione pontificia, idem docet doctissimus Pontifex Benedictus XIV. Audiamus ejus resolutionem, postquam libr. IX. Cap. 3. Theologorum hac in causa examinavit opiniones.“ Ipsam rei naturam excedentes, hoc affirmandum habemus, quod, ubi exclusum sit a Fideli perversionis periculum, quod semper excludendum non ambigitur, cuique rei per conditiones in dispensationibus apponendas consulitur, ubi etiam opportune cautum sit, ut sancta religio in liberis sive maribus, sive feminis ex eo matrimonio suscipiendis servetur, suscepto item a catholica persona onere curandi, ut haereticam partem ad orthodoxam religionem amplectendam perducat, iis rationibus adhibitis, quas aptiores et opportuiores existimaverit, ac praeterea intercedente gravi aliqua ac plerumque publica causa, quae si deficiat, licet caeterae supra memoratae adsint conditiones, dispensatio nequaquam impetriri solet, pro illicito et peccaminoso non sit habendum matrimonium.“

Inter caeteras ab hoc pontifice positas conditiones prae-
primis requiritur dispensatio apostolicae sedis, cuius est judicare an caetera adsint requisita, quae conjunctionem mixtam

*) De catholicorum haereticis matrimonio. Cap. III. §. 25. edit mon-
guntin. 1611 pag. 77.

permittunt. Interim cum in multis regionibus Germaniae praesertim post congressum Vindobonensem frequentiores factae fuerint mixtae hujusmodi conjunctiones tam in plebejo quam in illustri statu, ita ut pro omni casu in specie dispensatio a Sancta Sede postulari minime potuerit, sententia multorum in germania Theologorum orta est, quae et mox in praxin abiit, ejusmodi conjunctiones caeteris requisitis cautionibus instructas etiam sine expressa dispensatione romana esse licitas, quod sic explicat laudatus saepe Doctor Mack Cap. 5.: „Da die eigenthümlichen bürgerlichen und politischen Verhältnisse der Katholiken in Deutschland, um deren willen der römische Stuhl den Verheirathungen der Katholiken mit Protestanten von Anfange an leichter die kirchliche Zustimmung gab, fortwährend zahlreichere gemischte Ehen herbeiführten, so bildete sich frühzeitig an vielen Orten die Praxis, dass die Bischöfe unter Annahme der Zustimmung des Papstes die Dispense selbst ertheilten, was sodann folgerecht bewirkte, dass im Verlaufe der Zeit die Pfarrer die Erlaubniss der Bischöfe voraussetzten und ohne erst ihre Dispense einzuholen, die gemischten Ehen mit vorherrschend katholischem Charakter traueten. Weshalb sowohl in der öffentlichen Meinung, als in den Schulen die Ansicht aufkam: in Deutschland seyen solche Ehen nicht verboten. Von Seiten des hl. Stuhles geschah nichts, was eine Zustimmung zu dieser Ansicht enthielt; aber er beharrte nicht auf förmlichen Widersprüchen gegen dieselbe, duldet sie vielmehr, so lange sie in der Praxis keine anderen Wirkungen hatte, als die, dass solche Ehen zugelassen wurden, für welche er im Falle des Gesuches die Dispensation nicht verweigert hätte. Nun glaubte man aber für dergleichen Ehen, auf welchen ja das Verbot der Kirche nicht mehr zu lasten schien, auch die kirchliche Benediction verlangen und gewähren zu dürfen.“

Introducta haec mala praxis majores emisit nostra in regione radices post famosam illam conventionem Berolinensem de 19. Junii 1834 et datam ab Episcopis ad

Vicariatus secretam instructionem, juxta quam tota res matrimoniorum mixtorum relica est Parochis*) Quam longe autem haec arbitraria explicatio deviaret a sensu antiquae Ecclesiae et Romanorum Pontificum; quam grave vulgus infligeret disciplinae ecclesiasticae; quanta pericula pareret parochis qualesque difficultates, quantam in praxi confusionem egregiis coloribus et prophetico quasi spiritu depinxit tunc illustrissimus Praepositus Aquisgranensis Dominus Claessen in seinem theolog. Gutachten über den Sinn des apostolischen Breve von Pabst Pius VIII., ad quod sufficit hic remittere. Vivit adhuc confusa haec praxis, qua parochus unus sic agit, aliter alter et quam methodum ut periculosam reprobat ille, sine scrupulo eligit alter. Mirandum quidem dolendumque est, quod repudiata et reprobata jam illa conventione et cassata instructione nihil fiat pro reparacione sequelae seu praxis. Nolumus hanc materiam fusius tractare*) ex reverentia erga eos, quorum est officium moderare disciplinam et ordinare praxin. Remittere liceat lectores ad doctissimum Serarium, qui Cap. 4. cit. opusculi quaerit: „An Episcopus haereticorum conjunctiones istas ferendo peccet?“

§. 10.

Ex dictis concludere nonnulli nituntur, quod positis cautelis matrimonia mixta catholicum assumant characterem, et sicut ipsa tunc fiant licita, ita et licita sit eorum solemnis benedictio. Veruntamen teste supra citato Benedicto XIV. nnnquam invenimus, quod Sancta Sedes data etiam dispensa-

*) Art. 6. dicitur in conventione dicta: Die Behandlung des Gegenstandes wird nach dem im Pastoralschreiben bemerklich gemachten Sinne des päpstlichen Breve den Pfarrern durchaus zu überlassen seyn.

**) Juxta instructionem Card. Albani 1830. datam Episcopis nostris largitur per indulsum quinquenale facultas circa ejusmodi matrimonia dispensandi.

tione, positis etiam cautelis concesserit solemnia Benedictio-
nis vel extra vel intra Missam.

Diversa insuper est in matrimoniis mixtis conditio sponsi
et sponsae juxta leges nostro in regno adhuc vigentes, melior
sponsi, pejor sponsae, praecipue quoad facultatem et pote-
statem educandi proles. Novimus enim jus omne circa edu-
cationem prolium datum omnemque facultatem relictam esse
patriae potestati pactaque hac de re antenuptialia, lege regia
esse irrita et nulla, ita ut si sponsus protestanticus per
coelum terramque sponsae suae catholicae promiserit vove-
ritque omnes proles in religione catholica educare, non
teneatur ad haec vota post celebratas nuptias et promissa.
Hujusmodi ergo matrimonium, ubi Ecclesia positis licet ante
cautelis nullam certitudinem habeat et habere possit de im-
plementatione et executione datarum cautelarum in posterum, ca-
tholicum minime assumit characterem permanetque illicitum.
Illicita ergo est ejus quoque Renedictio. Sic etiam resolvit
Sacra romana Congregratio Cardinalium ante quatuor fere
annos. En ejus resolutionem.

„In regno N. lege civili praecriptum est.

1. Ne sponsi mixtae religionis quidquam de religione fu-
tura prolis statuant, et si statuerint, lege civili id irritum
declaretur.

2. Eadem lege sancitum est, ut liberi in religione patris
educentur, et iisdem nonnisi 14 aetatis anno peracto
optio detur vel permanendi in religione patris vel trans-
eundi ad religionem matris. Si proin pater est acatho-
licus, proles a ministello protestantico baptizatur et deinceps
in institutione religionis erroribus Protestantium insti-
tuetur. Ad utrumque parentes, licet forsitan inviti, vi adiguntur.

His positis quaeritur:

1. Utrum matrimonio mixto, si vir acatholicus sit, apud
nos parochus benedictionem impertiri liceat possit, si sponsi
non obstante lege civili mox allata promittunt, se prolem
futuram in religione catholica educaturos?

2. Quibusnam censuris ecclesiasticis pars catholica subjicienda est, si ipsius culpa promissio parocho facta de liberis catholice educandis non impleatur?

3. Quidnam Episcopis et Parochis faciendum, si forte pars catholica ante annum 14.um aetatis liberorum moriatur et proin promissis suis stare non possit?

4. Quid de matrimonio judicandum, quod Sponsi mixtae religionis, ad quod parochus catholicus propter defectum cautionis opportunae de catholica eduatione prolis illud benedicere aut literas dimissoriales dare recusavit, coram ministello protestantico contraxere?

Numpuid mulier, ubi Concil. Trident. est receptum. concubina erit habenda? Et si ita, quibus sub conditionibus Ecclesiae poterit reconciliari ejusque matrimonium revalidari?

5. Quid accurate et strictissime sumta significat cautio opportuna?

Rescriptum.

Rescriptum sanctae et universalis inquisitionis datum ad proposita dubia feria V. loco IV. die. 30. Junii 1842.

Sanctissimus D. N. Gregorius divina providentia Papa XVI in solita audientia R. T. Assessoris S. Officii impertita, audita solutione praefatorum dubiorum una cum Eminentiss. et Reverendiss. Cardinalium Generalium Inquisitorum suffragiis, rescribi mandavit.

ad. I. Negative.

ad. II. Prudentiae Episcopi esse commissum, qui habitatione adjunctorum omnium poterit urgere executionem meliori modo, quo expedire ei videatur.

ad. III. Episcopis et Parochis hujusmodi filios remanere commendatos, qui satagere debent pro viribus, ut catholica fide imbuantur.

ad. IV. Quoad imam et secundam partem recurrat in causibus particularibus.

ad. V. Talem promissionem, quae in pactum deducta praebeat morale fundamentum de veritate executionis, ita ut prudenter ejusmodi executio expectari possit.

Signat. Angelus Argenti, S. Romanae et Orbis inquisitionis Notarius.

Si Nr. IV. hujus rescripti recursus commendatur in particularibus et praecipitur, pro nostra provincia non intelligendus est strictus recursus ad summum Pontificem, sed ad Episcopos, quibus tanquam Apostolicae sedis delegatis instructione singulare Cardinal Albani data 27. Martii 1830 *) facultates idoneae sunt datae, ut possint malis inde ortis magna ex parte mederi a) quoad matrimonia mixta ante annum 1830 irrite inita **) quae Episcopi vel dispensatione data revalidare vel in radice sanare possunt: b) „Sanctitas sua in litteris ad eosdem Episeopos datis jam declaravit, matrimonia mixta in predictis quatuor dioecesibus in posterum (vide licet a die 25. Martii 1830) ineunda vera et rata matrimonia fore, quamvis praeter formam contrahantur a Tridentino Concilio praescriptam, dummodo tamen nullum aliud eis obstatet canonicum dirimens impedimentum.“

Aliter utique resolvendum est, si sponsus est catholicus, quia tunc motae difficultates maxima ex parte evanescent nec prudens possit, quamdiu ipse vivit, oriri dubium de executione cautionis datae, sive prolis omnis educandae in religione catholica. Attamen si mors intercedat catholici mariti? Et quidem ea in regione, ubi major pars est addicta cultui protestantico, ubi Episcopi et Parochi parum efficere possunt? Proponendum est hoc periculum sponso catholico et conscientiae suae maxime commendandum, quia non effugiet judicium Dei. Quanquam igitur hoc in casu,

*) Addita est ut app endix dissert. nostrae: de nonbene dicenda etc.

**) Nompe coram ministello protestantico.

positis etiam omnibus cautelis licitum esse possit matrimonium mixtum, plenum tamen semper erit periculis, plenum difficultatibus maxime in educatione prolium et observatione officiorum catholicorum.

§. 11.

Qualis ergo ritus observandus est iu copulatione mixti hujusmodi conjugii? Discrimen, intercedat, remur necesse est inter licitum ejusmodi matrimonium et illicitum. Theologi distingunt inter assistantiam activam et passivam. Passiva est, si extra sacrum locum, non vestibns ecclesiasticis indutus parochus tantum audit consensum utriusque partis, quin interroget aut super nupturientes oret. Litterae enim Apostolicae sic habent *): „Nullo actu positive parochos posse isthaec matrimonia probare aut suo expresso consensu aut auctoritate confirmare. Qua propter, si cogantur in hac temporum econditione et propter leges civiles in transactione religionis anni 1672. praescriptas, matrimonii Catholicorum cum muliere acatholica assistere atque tanquam inviti audiant duntaxat utriusque conjugis consensum, veruntamen abstineant omnino a precibus recitandis, a Benedictione impertienda et ab omni alio Ecclesiae ritu adhibendo.“ His concordat Breve Pii VIII. de 19. Martii 1830 ad Archiepiscopum Coloniensem et caeteros Episcopos.

In licitis ejusmodi matrimonii an adhibenda Assistantia activa et in quo consistit haec? Notandum est, ritum nuptialem quem praescribit hodierna Agenda Coloniensis, multum differre a ritu, quem habet Rituale Romanum Pauli V. et Benedicti XIV. et etiam Dioecesum Moguntin. et Trevirens. In nostro enim rituali post Benedictionem annuli nuptialis, quacum actio incipit,**) statim sequitur Benedictio Sponsi et Sponsae

*) Instructio apostolica pro ducatu Clivensi data 15. Junii 1793.

**) Idem ordo sic habetur in Agenda Ferdinandina Coloniens. de anno 1637. A in Antiquo Rituali Wormatiensi. In exteris Germaniae ritualibus, quorum plurimo habes, semper ordo Romanus praescribitur.

antequam eonsensus utriusque sit datus et a Parocho per formulam: *Et ego tanquam minister Dei matrimonium per vos contractum confirmo* acceptatus. Benedictio igitur contra ordinem in aliis ritualibus praescriptum praecedit actui nuptiali. Alter in Rituali Romano. Postquam enim Parochus juxta Rituale Roman. utrumque singillatim de consensu interrogavit, jubet eos in vicem iungere dextras et dicit: *Ego conjungo vos in matrimonium in nomine Patris etc.* Tunc sequitur Benedictio Annuli et dato annulo pergit Parochus: Confirma hoc Deus quod operatus es in nobis. A templo sancto tuo, quod est in Jerusalem. Kyrie eleysion etc. Post nonnullos versiculos sequitur Oratio: *Respice quaeumus Domine, super hos famulos tuos: et institutis tuis, quibus propagationem humani generis ordinasti, benignus assiste, ut qui te auctore junguntur, te auxiliante serventur. Per Christi D. N. amen.**) Tandem adjicitur haec Rubrica: *Iis expletis, si benedicenda sint nuptiae, Parochus Missam pro Sponso et Sponsa, ut in Missali Romano celebret.*

Idem Ordo observatur in Agenda Moguntina de anno 1703. praeterquam quod post expressum et a Sacerdote communia formula approbatum utriusque consensum praescribatur: „Data stola ad manus sponsae, introducat eos in Ecclesiam, cum versiculo: *Dominus custodiat etc.* — Post finem Missae, contrahentes ante altare se inclinent; et si sponsa fuerit virgo **), non curando, si sponsus bigamus fuerit dicat Sacerdos Psalmum: *Beati omnes etc.* una cum quibusdam versiculis et oratione: *Creator Coeli et terrae, qui primos parentes etc.*“ Post lectum Evangelium Joannis sequitur Rubrica: „Deinde super virginem et sponsum detur benedictio in hunc modum:

Deus Pater †, Deus Filius †, Deus Spiritus † sanctus,

*) Nulla sane benedictio solemnis in his omnibus Ritualis Romani continetur, et peragi sine ullo dubio possunt, licet alias matrimonii solamnitas vetita sit. Iia Benedictus XIV. Institut eccles. 80

**) Ex hoc concludere licet quod sequens ritus pro benedictione sit habendus.

trinus et unus vobiscum sit et ipse conjungat vos impleatque benedictionem suam † in vobis: Crescite et multiplicamini et replete terram: et benedictio Dei omnipotens Patris et Filii et spiritus s. descendat super vos et maneat semper. Amen.“

In Rituale Trevirensi sequens ordo observandus praescribitur: Primo interrogatio consensus utriusque partis, dein benedictio annuli, tandem conjunctio sub formula consueta: *Et ego matrimonium per vos contractum confirmo etc....* Concluso sic actu nuptiali pergit Rubrica: „Si nuptiae sint benedicenda, videlicet si sponsa fuerit virgo, non curando, si sponsus sit bigamus, Parochus versa facie ad sponsos coram eo interim flectentes, dicit sequentem Psalmum, Collectas et Evangelium. Psalm 127. *Beati omnes qui*“

Celebratio igitur matrimonii per assistentiam activam valde simplex est juxta Concilium Tridentinum et Rituale Romanum, Sess. enim 24. C. 1. Decret. de Reform. matrim. habet Tridentinum: „Si nullum legitimum opponatur impedimentum, ad celebrationem matrimonii in facie Ecclesiae procedatur; ubi Parochus, viro et muliere interrogatis, et eorum mutuo consensu intellecto, vel dicat: *Ego vos in matrimonium conjungo in nomine Patris et Filii et Spiritus S.* vel aliis utatur verbis juxta receptum uniuscujusque provinciae ritum.“ — Ex his perspicue apparet, quod solemnis vel intra vel extra Missam nuptialis benedictio minime includatur in assistentia activa. Addit enim statim Tridentinum: Praeterea eadem S. Synodus hortatur, ut conjuges ante benedictionem sacerdotalem in templo suscipiendam, in eadem domo non cohabitent, statuisse benedictionem a proprio parocho fieri. Et quidem id sine dubio hac ex causa, quia benedictione sacerdotali christianum sanctificatur conjugium.

Juxta antiquam Ecclesiae Romanae disciplinam, sicut in secundis nuptiis benedictio fuit prohibita, ita etiam si sponsa fuerit notorie corrupta aut gravida aut ante contractum matrimonium modo pepererit, imo etiam si sponsus non fuerit virgo, E. g. si concubinam habuerit. Hoc testatur non uno

in loco Caesarius Arelatens, vel quisquis est Auctor. Sermo-
num 288 et 288 in Appendice Augustiniana Tom. V. p. 480 ubi
ait: „Concubinatus in tantum grave peccatum est, ut in ci-
vitate Romana, qui voluerit uxorem ducere, si se vinginem
non esse cognoscit, ad accipiendam benedictionem nuptialem
venire penitus non praesumat. Etiam videte, quam durum
sit, ut cum illa, quam optat ducere, benedictionem non mer-
eatur accipere.“ Negata sic benedictione illi contraheutes
poenitentiae subjiciebantur, ut Buehardus Wormatiensis in de-
creto *) refert: „Virgines, quae virginitatem suam non cns-
todierint, si eosdem, qui eas violaverint, maritos acceperint,
post pœnitentiam unius anni reconciliantur.“ **) Haec dis-
ciplina in pluribus Germaniae dioecesis vigebat usque ad
ultimam aetatem. In Ritualibus enim Moguntino, Wirceburgensi,
Trevirensi aliisque seculi XVI. praescribitur: „Si
sponsa non fuerit virgo notorie, precatio sicut in nuptiis
bigamorum fiat.“ Idem observabatur, si Sponsa prius alteri
fuerit desponsata fidemque fregerit.“ Eis qui rupta fide
Sponsaliorum, matrimonium cum aliis contrahunt, non detur
benedictio nuptialis.“ Ita Synodus Trevirensis de anno 1310.
Cap, 80. †)

Assistantia proinde activa caret, si accipias annuli bene-
dictionem, omnibus solemniiis nuptialibus, quae communiter
ita referuntur a nostris Theologis et Archaeologis ††) 1) Sa-
cerdos sponsis aolemnem benedictionem impertitur; 2) Pro iis
offert Missae sacrificium; 3) Velamine obnubuntur; 4) Vitta
quae partim candida et partim purpurea sit, junguntur;

*) Libr. IX. Cap. 14.

**) Etiam tempore vétito, in adventu vel Quadragesima benedictio
solemnis sub gravi peccato prohibetur, ut multis probat Bene-
dictus XIV. Institutione eccles. 80, quod in dioecesis germanicis
an observetur, plane nescio.

†) Concilior. histor. Part. VI. p. 403.

††) Conf. Casp. Juenin. Commentar. hist. dogmatic de Sacramentis
diss. XI. quest. 5. pag 681. edit. venet.

5) Sponsus sponsam donat annulo, quem sacerdos prius benedixerit; 6) Vaariis precibus conjugium receus contractum Domino commendatur; 7) Sponsus et Sponsa a Sacerdote monentur, ut honeste ac Christiane se gerant in usu reliquisque matrimonii effectibus.

Conveniunt autem Theologi, ut, sicut hodierno usu obnubilatio et coronatio sponsae neque ad essentiam contractus neque ad ratihabitionem ecclesiae stricto requiritur, sed tautum ad Solemnitatem publicam, ita etiam benedictio sacerdotalis, ad quam postulandam jus in matrimonii mixtis non habet pars catholica, quia Ecclesia omni in casu semper abhorret ab ejusmodi conjunctionibus.

Quo tandem in loco praestanda haec assistentia activa? Liceat mihi hic iterum recurrere ad antiquam disciplinam, juxta quam nupturientes ante valvas vel fores Ecclesiae sive etiam in ingressu aut atrio ejus expectabant Sacerdotem, qui superpelliceo et stola alba indutus ibidem primo consensum eorum matrimonialecm exquirit et acceptat, deinde eos conjungit communi formula: *ego vos conjungo* etc., et benedicto annulo sponsam solemniter introducebat in templum vel ante Altare, ut intra vel extra Missam benedictione nuptiali cum sponso consecraretur et sanctificaretur. Hic ordo, cuius multa praebent ex antiquis ritualibus documenta clarissimi Martene et Zaccarias, viguit adhuc saeculo sexto decimo exeunte in plurimis Belgii et Germaniae dioecesibus. Rituale Leodiense inter alia sic habet: „Ante templum vel circa ejus ingressum ut consuetudinis est, constituti Sponsus et Spona aspergentur a ministro Sacramenti stola, superpelliceo vel Alba ornato aqua lustrali cum hac precatiuncula, *Aspergat vos* etc. Dein factis interrogationibus benedictoque annulo pastor tanquam minister Sacramenti, utriusque apprehensas dexteras, prominente parte dextra stolae colligabit, et deinde hoc modo cum signo crucis invocata Ss. Trinitate dicet: *In nomine P. et F. et Sp. inchoetur mysterium?* Contracto sic ante templum matrimonio sequitur in Ecclesia be-

nedictio et Missa. Eundem ordinem habent Rituale Yprense de anno 1576 et Mechliniense de anno 1589 in quibus etiam constanter Sacerdos *minister Sacramenti* matrimonii dicitur. Rituale sive Agenda Moguntin. Archiepiscopi Wolfgangi de anno 1599. ita habet pag. 203.“ Ubi matrimonio in facie Ecclesiae jungendi sunt, ad fores Ecclesiae pervenerint, sacerdos stola et superpelliceo vestitus, in foribus templi consistens ad eos conversus, exhortationem faciat in hunc finem. Post talem exhortationem sacerdos vernaculo sermone inquirat nomina contrahentium, deinde appellat primo sponsum vulgari sermone, dicens: N. Ist es nun dein freyer ungedrungener Wille und wohlbedacte Meinung, diese N. gegenwärtig für dein eheliche Hausfrau anzunehmen? Respondeat. Ja etc.... Utroque affirmante jungat manus amborum dextras, et ubi consuetudo est, annuli traditione copulet eos, dicens: *Ideo matrimonium per vos contractum confirmo* etc. Postremo asperget eos aqua benedicta et data stola ad manus Sponsae, introducat eos in Ecclesiam, cum versiculo: *Dominus custodiat* etc., ubi missa celebrata benedictio detur nuptialis,

Tridentinum concilium. ubi de contrahendo coram parrocho et duobus testibus matrimonio agit, *de loco* nihil constituit, benedictionem tamen *in templo* suscipiendam esse praecipit. Eum vero postea Rituale Romanum Pauli v- anno 1614. editum simpliciter praescribit: „Parochus matrimonium celebraturus... *in Ecclesia* superpellico et alba stola indutus... de consensu in matrimonium interroget utrumque singillatim in hunc modum sermone vulgari; N. *vis accipere* etc. Mutuo igitur contrahentium consensu intellecto, sacerdos jubeat eos invicem jungere dexteras, dicens: *Ego conjungo vos* etc.“, ritus forsitan mutatus et abrogatus est, ante fores Ecclesiae contrahendi, quia plerumque Germanicarum Ecclesiarum Rituale Romanum ritum suscepserunt certis sub modificationibus, et inde etiam generaliter caverunt, ne matrimonia extra Ecclesiam contrahantur. Veruntamen id de pure catholicis matrimoniis est intelligendum, aliter utique de ~~Diec~~ mixtis.

enim cautiones adsint requisitae, licet dispensatio obtenta sit apostolica, tamen nunquam Romana sedes concessit, ut ejusmodi matrimonia, ipsa in Ecclesia, etiam tantum sub assisentia Parochi activa, contraherentur, ut inde omnes plane intelligent, sunt verba rescripti apostolici *), apostolicam sedem hujusmodi connubia vehementissime aversari.“

Igitur „matrimonia haec, rescripsit Archiepiscopus Mechliniensis ad Imperatorem Josephum II. anno 1782. — celebrentur eadem prorsus ratione, ut illud Henriettae Galliae Principissae, quae post obtentam prius dispensationem pontificiam, matrimonio juncta fuit cum Carolo I. Angliae Rege in praesentia Ludovici XIII. et hujus Aulae, sine nuptiali benedictione et ad portam duntaxat Ecclesiae! Parisiis. Haec contrahendi forma, penes quam omne id, quod e praescripto Concilii Tridentini essentialiter requiritur, observabitur, non impediet, quominus matrimonia sic inita valida sint, et proles quoque legitimae; nee privati fundate conqueri poterunt, dum cum Principissa Galliae et Rege Angliae ad libellam collocabuntur“; **) et antea plerumque matrimonia omnia ita contrahebantur. Si tamen forsitan ejusmodi assistentia ante fores Ecclesiae, quia in desuetudinem abiit, +) delicatis hisce diebus minus honesta videtur aut plane offensiva et odiosa, eligenda proponitur Sacristia; et si haec etiam respuitur et ipsa Ecclesia desideratur, fiat ad praecavenda majora mala, sed non accensis cereis et omissis caeteris Solemiis.

Quo in ornatu huic assistat Parochus matrimonio? — Cum assistit ut *Parochus*, et Rituale Romanum prescribit, quod sit superpelliceo et stola indutus comitemque

*) Apud Roskovany Tom. II. pag 14.

**) Apud Roskovany Tom. II. pag 69.

+) In aliquibus dioecesisibus ejusmodi ante fores conjunctio post Concilium Tridentin. prohibita fuit. Sic in Dioecesi Augustana quae-dam instructio de 17. Decembr. 1688. habet: „Sponsi non conjungantur ad portam Ecclesiae.“

habeat Clericum cum superpelliceo, putamus, in eodem ornatu ecclesiastico peragendam esse etiam in mixtis matrimonii assistentiam. Doctissimus Prosper Lambertini, sive Benedictus XIV., cum in Institutione citata 80. explicavit Rubricas Romani Ritualis de matrimonio, concludit: „Nulla sane benedictio solemnis in his omnibus continetur, et peragi sine dubio possunt, libet feriarum temporibus matrimonium fiat. Id praesertim ex eo comprobatur, quod haec omnia, quae superius explicavimus, permittuntur in cele randis secundis nuptiis, quae tamen solemnis benedictione carere debent, quod etiam praecipitur in Rituali Romano.“ Si enim hisce matrimonii omnibus cautelis instructis assistere, licet Parocho ut ministro Dei aut Ecclesiae, mea saltem opinione etiam assistere potest in ornata ecclesiastico, sive in eo, qui alias ordinarius est in ejusmodi functionibus.

§. 12.

Quaenam ex hucusque allatis et disputatis pro conformitate et reformatione praxis parochialis resumenda sint corollaria, facile quisque intelligere potest. Sane matrimonium teste apostolo magnum est Sacramentum in Christo et Ecclesia, sancte igitur quoque tractandum esse nemo negabit, et multo sanctius consideratusque a nobis, quam ab iis, quibus erronea opinione non est Sacramentum sed tantum contractus civilis precibus Ministorum sacratus, quare et omne illud praecavendum est, quod Sacramenti dignitatem aut minuere aut prostituere aut profanare potest; nihil agendum, per quod actio nuptialis catholica, quae est sacramentalis, assimiletur et aequiparetur nuptialibus contractibus Acatholicorum, abstinentiumque tandem ab omnibus, quae Sancta Ecclesia aut Romani Pontifices tanquam inhonesta et aliena et profana repudiarunt et prohibuerunt. Praxis omnis, licet antiqua sit et communis, si non consentiat legibus Ecclesiae sacrisque canonibus aut constitutionibus Pontificum, corrumpela potius est dicenda et abusus.

1. Concludendum igitur est, in futuro a nemine unquam Parochorum benedicenda esse beedictione solemni vel extra vel intra Missam matrimonia mixta.
2. Sed si omnes adsint cautiones, quas inter et dispensatio pontificia merito numeratur, assistendum iis est assistentia activa, quam describit Benedictus XIV.
3. Hae si deficiunt, tantum assistentia passiva praescribitur et sufficit ad Valorem conjugii.
4. Semel coram ministro protestantico inito, ab eoque tanquam ordinato Ecclesiae ministro benedicto conjugio mixto, nunquam licet illud benedictione catholica aut assistentia activa recopulare quoniam id non tantum otiosum et superfluum sed nostrae Ecclesiae ejusque sacris functionibus injuriosum, nobis tanquam veris Christi ministris et dispensatoribus mysteriorum fidelibus maxime indignum nec non genuinis catholicis scandalosum et non genuinis fraudulosum. Satis.

Haec judicio Ecclesiae censuraeque R. K. Dni. Archiepiscopi nostri subjecta sunto.





K. R. 32.



